UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus

München, 1636

VIII. Hyperduliæ species, Magna erga B. Virgine[m] tanquam matrem fiducia ferri.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55266

Visual Library

VIII.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Magnâ erga B. Virginem tanquam Matrem fiduciâ ferri.

§. I.

QVos fideles, prudentes, potentes, amabiles agnoſcimus, eis rectè confidimus quemadmodum S. Bernardus Pſalmū qui habitat, explicans, & ſuper Angelorum erga nos fidelitate, prudentia, potentia; amore diſſerens ſapienter annotauit. Ea propter Berchmannus non neſcius Lauretanis in Litanijs B. MARIAM Deiparam Virginem vocitari prudentiſſimam, fidelem, potentem Matremque non tantummodo Admirabilem eſſe, ſed etiam Amabilem; hinc ſingulari erga B. Virginem tanquam Matrem fiduciâ ferebatur, ſicut ex ſubiectis patebit.

Contigit eum Romæ fortè mitti con-

cionatum die feſto aliquo in loca vicina MARIAE de Montibus (nam Societatis IESV alumni, qui ſcholaſtici vocantur, quibus nondum conceſſum eſt aliorum procurare ſalutem, Dominicis, feſtiſque diebus conciones, & alibi, & in primis Romæ cogunt, ad tradendam doctrinam Chriſtianam, quos Berchmannus noſter quo de ſermo nobis eſt, aiebat ſimiles eſſe moloſſis fidelibus, quos heri catena, vinctos domi cohibet, ſed feſtis diebus mitti ſolutos in forum ad allatrandos peccatores) hîc in ſatellitium incidit contentionibus, rixáque egregiè inflammatum; ſimul alij nonnulli (quibus illuc ludendi cupiditas inceſſerat) ceſſuros ſe loco negabant, iubebántque faceſſere Berchmannum cum ſua quam inſiſtere nitabatur ſedeculâ affirmantes conſtitutum ſibi eſſe ludere, non verba audire.

Berchmannus nullo commutato ver-

Cepar. pag. 135.

bulo in proximam Virginis ædem ingreſſus, orationi ſeſe dedit, móxq; reuerſus, atque animo ad dicendum comparato, monitus eſt à ſocio, videret ne contumeliam aliquam inſignem à petulantiſſimo illo hominum grege acciperet. At ille ſocio: Ne dubita, inquit, nam ego de Beatiſſimæ Virginis ope ſic ſpero, fidóque, vt ſimul ac me audituri ſunt, protinus ſint rebus omnibus abſtenturi atque accurſuri. Quapropter vt in ſcamnum ſuppedaneum ad dicendum ſurrexit, vix cœpta ſalutatione Angelicâ, ſatellites intermiſſo iurgio; luſores abrupto luſu ad audiendum conuenére, dimiſsâque concione ſimul eum omnes in Collegium æquali obſeruatione, ac quiete comitati ſunt.

Ad eundem Ioannem Berchmannum iam moribundum cùm Romani Collegij Societatis IESV Rector conſolatum veniſſet, dixiſſétque: Mi frater Ioannes inter recitandum ſacras officij Canonici preces aduerterunt mihi animum illi

cuiuſdam Reſponſorij verba : Puer meus noli timere quia ego tecum ſum dicit Dominus. Si tranſieris per ignem flamma non nocebit tibi & odor ignis non erit in te. Liberabo te de manu peſſimorum & eruam te de manu fortium, auguror in te probatum iri vaticinij veritatem; Tum Berchmannus: Ita auguror, ita ſpero inquit, ſed meritis Beatiſſimæ Virginis; eadémq; ſecum verba reputando, ſæpius repetebat, ac ſolus cum eſſet aut à paucis circumſeſſus, ſuauiſſimis affectionum piarum iaculis cælum petebat, præcipuè verò Deiparam hiſce ſimilibúſue ſententijs alloquebatur: Ne me deſeras MARIA, ne me fallas; filius enim tuus ſum; tu ſcis quia iuraui.

Ita Berchmannus ſpem ſuam ſecundùm Deum viuens moriénſq; repoſuit in B. Virginem, imitatus S. Patriarcham ſuum Ignatium Loiolam, qui fiduciam impetrandi quæcunque à Deo petebat in Virgine collocabat, vt vel ex Aſceti-

cis eius commentationibus liquet, in quarum fine ſemper fere ſingulare colloquium inſtituit etiam ad B. MARIAM Deiparam vt per eam ſuæ petitionis effectum conſequeretur; imitatus S. Ephræmium, in oratione de Virgine, vbi negat aliam ſe ſecundùm DEVM habere fiduciam, quàm B Virginem, quam ſuam tutelam portúmque appellat; imitatus S. Damaſcenum Orat. 1. de dorm. Virgin. vbi B. Virginem ſpem ſuam vocat & anchoram; imitatus S. Franciſcũ Aſſiſinatem de quo S. Bonauentura: In Matre Domini, inquit, poſt Chriſtum maximè fidens, eam ſui ac ſuorum aduocatam inſtituit; imitatus S. Bernardum qui Serm. de Aquæductu: Filioli, inquit, hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ &c. imitatus denique alios quam plurimos quos percenſere ſingulos longum ſit. *S. Bonau. C. 9. Vitæ.*

S. Bern. Serm. de Aquæduct.

§. II.

§. II.

Præmium Hyperduliæ

Fuit, quòd ſicuti Berchmannus ſuis in anguſtijs omnibus B. Virgini tanquam Matri ſemper fuit confiſus: itâ viciſſim ipſe tanquam filius ab illa nnnquam fuit confuſus. Sileat, inquit, Chriſtianus mellifluúſque Neſtor, miſericordiam tuam Virgo beata, ſi quis eſt qui inuocatam te ſuis in neceſſitatibus ſibi meminerit defuiſſe.

S. Bernard. Ser. 4. in Aſſumpt. B.V.

IX.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Ad honorem B. MARIÆ Miſſas fieri curare.

§. I.

INgens diuiniſſimi illius myſterij, ſiue ſacrificij, quod Miſſam vocamus, vis eſt, ad quæuis tam corporalia quàm ſpi-